

ciente (c); sed si quis per violentiam eis bona auferat, tunc defendet eos Ecclesia, et suis supplicationibus et beneficiis iuvabit: et sic intelligunt isti iura pro istis miserabilibus personis facientia. Primam tamen opinionem videtur firmare Innocent. et Doct. communiter ita intelligunt Innocent. ut in illa opinione videatur residere: sed adverte, quod Petrus, et Abb. antiquus intelligunt dictum cap. *ex tenore*, ut etiam in vidua requiratur negligentia etiam superioris iudicis (d), et ita intelligunt illum textum; sed Doctores magis communiter volunt, quod sufficiat negligentia primi iudicis, ne viduæ et miserabiles personæ cogantur exire ex propriis locis, alibi quaerentes justitiam; imo plus vult Innocent. quod si persona sit miserabilis habitu et actu, ut viduæ, ut pupilli pauperes, vel diuturno morbo fatigati, vel pauperes dumtaxat (nam miserabiles dicuntur, secundum Joar. Adr. super quibus natura movetur ad miserandum) possit etiam non data negligentia iudicis secularis trahere adversarium coram iudice ecclesiastico (e), per textum à contrario sensu in dicto cap. *significanti*, ubi idem tenet Abb. cap. *super quibusdam*, in fine, *de verborum signific.* Hostiensis verò in summa, *de foro competenti*, versic. *ex præmissis*, in princip. intelligit, quod in petitorio non cognoscat iudex ecclesiasticus, nisi in defectum, sed quantum ad possessorium indistincte, ut in cap. *ex parte*, eod. tit. et quantum ad defensionem, seu tuitionem ne opprimantur à potentioribus: in petitorio verò dicit, mero jure ad Reges (f) pertinere, 25. quæst. 5. cap. *Regum*, l. unica, *C. quando Imperator. inter pup. et vid.* Hæc tamen difficultate obtinerentur in practica in istis regis in causis merè prophanis, quæ sunt de jurisdictione Regis, et inter laicos, seu quando laicus conveniretur; æquum tamen videretur, ut in partibus multum remotis, ubi de facili non posset adiri Rex, data negligentia iudicis Provincialium, permittitur Episcopis in causis miserabilium personarum procedere, qui aliàs opprimerentur de facili à potentibus, à quibus non possent justitiam consequi, et quod Rex ita permittit, et committeret tales causas Episcopis, ut etiam auctoritate Regia in illis procederent; facit ad hoc textus in dicta authentic. *ut differentes iudices*, §. *si verò*, et quod notat Hostiensis in cap. *novit, de iudic.* Abbas in cap. *licet, ex suscepto*, colum. 5. *de foro competent.* et saltem in partibus remotissimis, ut sunt terræ Firmæ, et Insulæ maris Oceani, ubi sunt Iudi de novo conversi ad fidem, qui et dicuntur miserabiles personæ, secundum Innocentium in cap. *Judei, sive Sarraceni, de Judæis*, permittendum hoc esset Episcopis illarum Provincialium: confert quod dicit S. Thom. *secunda secundæ*, quæst. 40. artic. 2. in respons. ad primum. cum dicit quod Prælati debent resistere non solum lupis, qui spiritualiter interficiunt gregem, sed etiam raptoribus et tyrannis, qui corporaliter vexant, non autem materialibus armis in propria persona utendo, sed spiritualibus, secundum illud Apostoli ad Corinth. cap. 10. v. 4. *arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia à Deo*, quæ quidem sunt salubres admonitiones, devotæ orationes; contra pertinaces excommunicationis sententia.

LEY XLIX. — Que pena deuen auer los Clerigos que passan contra las cosas que le son vedadas.

Apremiar pueden los Perlados, segund manda Santa Iglesia a los Clerigos que fueren fallados, que fizieren contra las cosas que son vedadas a ellos, segun se muestra de suso por las leyes deste titulo. Empero esto se deve entender en esta manera (a): que si el Clerigo, quando se entremetiere de mercaderias, que es cosa defendida (4), trae habito de Clerigo, que le deve su Perlado amonestar tres vezes (2), que lo non faga: e si se non quisiere dexar dello, de alli en adelante non auer

(c) Ni aun en este caso conoce el juez eclesiástico. Si los jueces de primera instancia no administran la justicia debidamente, expeditos están los recursos á los tribunales superiores.

(d) Ni aun por negligencia de los jueces superiores conoce el eclesiástico, sino que contra aquellos se usa, por toda clase de personas, de los recursos legales.

(e) Véanse nuestras notas precedentes.

(f) El Rey non puede administrar justicia. La potestad judicial es independiente y reside exclusivamente en los tribunales y juzgados. Art. 66 de nuestra Constitución política de 1845.

las franquezas (3) que los otros Clerigos han (b); antes sera tenudo de guardar las posturas, e las costumbres de la tierra, como los legos; salvo en tanto, que si alguno lo friesse, seria descomulgado por ello. Mas si non anda en habito de Clerigo, e trae armas (4), deuele amonestar su Perlado tres vegadas, que lo non faga: e si non se quisiere dexar dello, pierde por ello las franquezas de los Clerigos (c), e si alguno lo fiere, non seria por ende descomulgado. Esso mismo seria, quando anduiesse en habito de lego (3), maguer non traxesse armas. Otrosi los que son casados (6) con sus mugeres a bendiciones, e traen coronas, non se pueden escusar que non den al Rey, o al otro Señor de la tierra, do moraren, sus pechos. E demas tenudos son, de fazer los otros fueros, que fazen los legos. Ca derecho es, pues que bien como legos, que fagan el fuero, e las costumbres dellos.

(a) Es decir, respecto á las faltas que esta ley sigue explicando en cuanto á perder el fuero; pues en cuanto á otras de que no habla, se debe entender conforme á derecho.

(b) Si el clérigo non hace caso por tercera vez de la amonestacion de su prelado, para que deje las negociaciones, quedará sujeto á la jurisdiccion secular en los pleitos que de las mismas pueden originarse. Véase tambien el final de la L. 8, tit. 9 de la N. R.

(c) Lo mismo que decimos en nuestra nota anterior.

LEY XLIX. — Clericus mercatoris officium gerens, si ter monitus non desistit, non gaudet privilegio clericali in solutione vectigalium, et gabellarum pro suis mercimoniis, in quibus subicitur constitutionibus, et consuetudinibus laicorum; retinet tamen privilegium canonis si quis suadente. Item, si clericus dimisso habitu clericali arma ferat, et sævis se immisceat, si ter monitus non destiterit, perdit privilegium clericale, et eum percutions non est excommunicatus; et idem in incedente sine habitu laicali. Item clericus conjugatus sortitur forum sæculare. Hoc dicit.

(1) *Defendida*. Vide supra eod. l. 46.

(2) *Amonestar tres vezes*. Concordat cum cap. fin. *de vita et honest. cleric.* Et si Episcopus publicè denuntiet in synodo, seu faciat constitutionem synodalem, nequis se intromittat de talibus, seu aliis, quæ clericis sunt prohibita sub pena privilegii clericali, tale edictum habetur loco triæ admonitionis, secundum Hostiensis in summa, *ne clerici vel monach.* §. *quæ sunt permissa*, ad finem, verbo *ego intelligo*; quod nota ad limitationem ejus, quod notat Abb. in dicto cap. fin. *de vita et honest. cleric.* in ult. notabil. ubi dicit, quod non sufficit una admonitio peremptoria pro omnibus, prout etiam voluit Glos. in Clement. 1. eod. tit. dicit etiam, quod non sufficeret citatio generalis, ut omnes clerici abstineant à negotiationibus; imo debet esse citatio specifica, ut comprehendat istos negotiatores.

(3) *Las franquezas*. Imò solvet gabellas et vectigalia pro suis mercimoniis, ut in dicto cap. fin. et sic perdit privilegium in tali negotiatione, ut teneatur ad prædicta, ut declarat Abb. in dicto cap. fin. post alios; qui et notat ibi ex illo textu, quod in omni patrimonio proprio perdit privilegia, ex quo cum illo communiter mercatur et negotiatur, et subiacet constitutionibus patriæ, prout et subdit ista lex: si ergo imponeretur collecta mercatoribus per Principem sæcularem, clerici tales mercatores sic moniti, ut supra, tenerentur ad talem collectam, ut vult etiam Joann. de Imol. in dicto cap. fin. col. 1. et in talibus mercantis subicitur foro et consuetudinibus laicorum, licet in aliis extra negotiationem retinet privilegium fori et canonis, ut declarat Abb. et Imol. dicto cap. fin. Adde etiam huic legi legem 5. in quaterno Gabellarum, quæ disponit clericos mercaturam exercentes, teneri ad gabellam, sicut laici: sed an limitabitur ista lex, dum tamen processerit tria monitio, prout exigit lex ista Partitarum, et dictum cap. finale? Videbatur, quod sic, ut illa lex, suppletur ab ista l. *non est novum*, ff. *de legib.* et notat Abb. in dict. cap. fin. ultim. notabil. et expressius Anton. ibi, qui dicit,

quod non teneretur solvere gabellas de mercantiis, nisi ter monitus non desistat: sed hæc esset magna restrictio ad dictam legem quaterni Gabellarum, et quasi nunquam consequeretur effectus ex illa lege, si talis monitio deberet præcedere; et ad hoc facit quod habetur in Clement. *præsenti, de censibus*, ibi. *quas negotiandi causa non deferunt*, ubi Glos. dicit, quod à contrario datur intelligi, quod in his, quas causa negotiandi deferunt, non gaudet immunitate, ut etiam notat Specul. *de immunit. ecclesiastic.* in fin. et Cardin. post Paul. in dict. *Clementin. præsenti*, 3. notab. et ad dictum cap. fin. et ad istam legem Partitarum potest responderi, quod monitio non exigatur respectu solutionis gabellæ de mercantiis, quas facit clericus, sed respectu perendi privilegii in patrimonio, et facultatibus suis, ut subiacent statutis, et consuetudinibus laicorum: et vide circa hoc consilium Frederic. de Senis. Quid autem si dubitatur an deferat causa mercantiæ, seu negotiationis res ex quibus petitur pedagium, vel non, quis erit de hoc iudex? Cardin. dicta Clement. *præsenti* movet quæstionem in versic. *sexto quarto*, qui concludit, quod iudex ecclesiasticus: et vide Bald. in additione ad Specul. tit. *de reo*, versic. *scholaris clericus*, ubi dicit, quod si clericus est pelliparius, potest conveniri sub Camerlingo occasione artis, *C. de jurisd. omni. iudic.* l. fin. quia clericus negotiatores quantum pertinet ad eam negotiationem, jure communi laicorum uti debent, l. 2. *C. de Episc. et cleric.* isti enim, ut sic dixerim, ait Bald. non sunt puri clerici, allegat. l. *qui sub prætestu*, *C. de sacrosanct. Eccles.* et dict. cap. fin. *de vita et honest. clericorum*.

(4) *Trae armas*. Vide in cap. *perpendimus, de sentent. excommunic.* et de clerico in minoribus si assumat militiam sæcularem, an ipso facto perdat privilegium clericale, vide per Abb. in cap. fin. *de cleric. conjug.*

(5) *En habito de lego*. Vide in cap. *in audientia, de sentent. excommunic.* et quod tradit Alexand. *consil.* 8. vol. 1. et quod habetur in ll. 15. 14. et 15. tit. 1. lib. 3. *Ordin. regal. et in pragmaticis, et bulla Alexandr.* circa delationem habitus à clericis in minoribus.

(6) *Casados*. Isti in duobus tantum gaudet privilegio clericali, ut in cap. unic. *de cleric. conjug.* lib. 6. in privilegio scilicet fori in criminalibus, et privilegio canonis si quis, suadente, 17. quæst. 4. in aliis non, ut ibi habetur; et adde l. 25. tit. 4. lib. 4. in *Ordin. regal.* et adde etiam cap. penult. et ibi Abb. *de cleric. conjug.*

LEY L. — De las franquezas de los Clerigos, por que razones las deuen auer mas que otros omes (a).

Franquezas muchas han los Clerigos, mas que otros omes, tambien en las personas, como en sus cosas, e esto les dieron los Emperadores, e los Reyes, e los otros Señores de las tierras, por honrra, e por reuerencia de Santa Iglesia: e es grand derecho que las ayan, ca tambien los Gentiles, como los Judios, como las otras gentes, de qualquier creencia que fuessen, honrrauan a sus Clerigos, e les fazian muchas mejoras; e non tan solamente a los suyos, mas a los estraños, que eran de otras gentes: e esto cuentan las hystorias, que Pharaon (1), Rey de Egipto, que metio en seruidumbre los Judios, que vinieron a su tierra, e a todos los de su Señorío, fazielos que le pechassen; mas a los Clerigos dellos franqueolos, e demas dauales de lo suyo que comiessen: e pues que los Gentiles, que non tenían creencia derecha, nin conoscian a Dios complidamente, los honrrauan tanto, mucho mas lo deuen fazer los Christianos que han verdadera creencia, e cierta salvacion: e porende franquearon a sus Clerigos, e los honrraron mucho; lo vno, por la honrra de la Fe, e lo al, porque mas sin embargo pudiessen servir a Dios, e fazer su officio, e que non se trabajassen, si non de aquello.

(a) L. 27, tit. 3, lib. 1 del Ord. R. — L. 1, tit. 44 de esta Partida. — LL. 1, 2, 3, 6, 7, 8, 12 y 14, tit. 9, lib. 1, y L. 3, tit. 18, lib. 6 de la N. R. — Concordato de 1737.

LEX L. — Sunt et alia Ecclesiæ privilegia clericis concessa propter Ecclesiæ honorem ab Imperatoribus et aliis Principibus, non immeritò, cum et tempore Pharaonis, Regis Ægypti, Judæorum sacerdotes erant in suo Regno privilegiati, et multò fortius debent apud Christianos honorari. Hoc dicit.

(1) *Pharaon*. Vide Genes. cap. 47. v. 21. et 22. et in cap. *non minus, de immunit. eccles.* non ergo Ecclesia, neque clerici de rebus suis, quas vendunt sine negotiatione, seu quando non est causa mercantiæ, tenentur solvere gabellam, quæ vulgo dicitur *alcabala*, et hoc notat Bald. in l. *sancimus*, la 2. *C. de sacrosanct. Eccles.* et in l. 2. *C. de Episcop. et cleric.* Abb. ubi loquitur in bonis patrimonialibus clericorum in cap. fin. *de vita et honest. cleric. tertio notab.* per textum ibi, et est hodie expressum in dicta l. 3. *quaterni novi Gabellarum*, et juxta illius dispositionem debet restringi, et limitari quod habetur in l. 4. tit. 4. lib. 6. *Ordin. regal.* et ea quæ dixit Montal. super l. ista, referens quæ in hoc dicit fuisse determinata in consilio Serenissimi Regis Joannis Secundi, conditoris illius legis quartæ.

LEY LI. — Que los Clerigos deuen ser seguros en sus casas, e sus omes, e non los deuen meter a fazer seruiços viles, nin les deuen tomar sus cosas por fuerça (a).

Seguros (1) deuen estar los Clerigos en los logares donde moran, e por donde quiera que vayan, que ninguno non les deue fazer mal, nin dezirgelo, de manera que los estoruassen, que non pudiessen predicar la Fe, e cumplir su officio, segun deuen. E como quier que todos los omes de la tierra, por derecho deuen ser seguros, mucho mas deuen auer esta seguridad los Clerigos. Lo uno, por honrra de las Ordenes que tienen. Lo otro, porque non les conuiene, nin han de traer armas con que se defiendan: e porende non deuen ser forçados de sus cosas, nin los deuen prender (2), si non fuere por debda, o por fiadura manifesta que ouiessen fecho, o por otra razon derecha; e esto que lo ouiessen conocido ellos, o les fuesse prouado ante aquellos que lo ouiessen de judgar. Otrosi deuen ser franqueados todos los Clerigos de non pechar (3) ninguna cosa por razon de sus personas (4). Nin otrosi non deuen labrar por si mismos (5) en las lauores de los Castillos, nin de los muros de las Cibdades, nin Villas, nin son tenudos de acarrear piedra, nin arena, nin agua, nin fazer cal, nin en traerla, nin los deuen apremiar que fagan ningunas destas cosas, nin guardar los caños, nin mondarlos, por donde venga el agua a las Ciudades o Villas, nin deuen calentar los baños, nin los fornos, nin fazer otros seruiços viles, semejantes destes. E esta misma franqueza, que han ellos, han sus omes, aquellos que moran con ellos (6) en sus casas, e los siruen. Ca pues los Clerigos son tenudos de yr a las Oras todas, segun que es establecido en Santa Iglesia, derecho es, que sus omes que los siruen, que han de recabdar sus cosas, que sean escusados destas cosas tales; fueras si lo fiziessen con plazer de aquellos Clerigos, cuyos fuessen los omes. Otrosi non deve ninguno posar (7) en las casas de los Clerigos, sin plazer o consentimiento dellos.

(a) L. 27, tit. 3, lib. 1 del Ord. R. — L. 1, tit. 44 de esta Partida. — LL. 1, 2, 3, 6, 7, 8, 12 y 14, tit. 9, lib. 1, y L. 3, tit. 18, lib. 6 de la N. R. — Concordato de 1737.

LEX LI. — Securitatis beneficio clericis gaudere debent, et eis dicto, aut facto injuria non inferatur, neque bona eorum invadantur, et ipsi cum familiaribus suis à muneribus sordidis, et personalibus



sunt immunes: item absque eorum beneplacito in domibus suis nullus hospitetur. Hoc dicit.

(1) *Seguros*. Adde cap. 2. de trega et pac. et cap. palernarum, 24. quæst. 5.

(2) *Preudar*. Non ergo possunt res eorum capi pro represaliis: cap. unic. de injur. et damn. dat. lib. 6.

(3) *Pechar*. Concordat cum l. placet, C. de sacrosanct. Eccles. et cum l. 2. et authentic. item nulla communitas, C. de Episcop. et cleric. cap. non minus, et ibi Glos. allegat multas concordantias, de immun. Eccles. cap. quamquam, de censib. lib. 6. Clement. præsentis, eod. tit. et adde l. 1. tit. lib. 1. de Ordin. regal. et procedit etiam in bonis propriis clericorum, ut ibi, et l. de his, et ibi Salic. C. de Episcop. et cleric. cap. similiter, et ibi Glos. 16. quæst. 1. Glos. in dicto cap. quamquam; teneantur tamen quando est etiam communis utilitas clericorum et laicorum, et quando ad id laicorum, seu propria communitatum non sufficiunt, ut habetur in dicto cap. non minus, et in dicta l. de his: l. ad instructionem, C. de sacrosanct. Eccles. et in hoc an præcisè compellantur, vel ita demum ad hoc teneantur, si ipsi velint, fuerunt variae opiniones, de quibus vide per Abb. latè in dicto cap. non minus: Alberic. dicit, quòd illam opinionem, quòd teneantur ad ista opera pia, vidit servari de facto; non tamen ad hoc sunt compellendi clerici per iudicem secularium, sed per suum iudicem ecclesiasticum, secundum Innocent. in dicto cap. non minus, et Alber. in dicta l. ad instructionem, in fine, et habetur infra eod. l. 54. ubi vide.

(4) *Por razon de sus personas*. Non ergo teneantur ad munera merè personalia, quæ labore corporali personarum explicantur sine detrimento rerum, ut l. munerum, in princip. ff. de muner. et honor. neque ad ea quæ imponuntur personis pro rebus l. rescripto, §. fin. et ibi Bart. ff. de muner. et honor. cap. non minus, de immun. Eccles. et cap. quamquam, de censibus, lib. 6. dicta l. 1. tit. 5. lib. 1. Ordin. regal. ad munus verò patrimoniale tenebantur Ecclesia, et ecclesiastica personæ, quando possessio, seu fundus perveniens ad Ecclesiam habeat certum onus annexum, sive habuerit illud onus ex privata dispositione, sive ex dispositione publica, puta Principis, ante quam perveniret ad Ecclesiam, cap. 1. in fine, de censib. l. placet, C. de sacrosanct. Eccles. dicta l. 1. in Ordinam regal. et tradit Bald. quem vide in tit. de pace constant. in princip. num. 50. idem esset secundum Abb. in purgatione putei necessarii toti vicinæ, in qua est Ecclesia, vel in aliis oneribus quæ concernunt res, seu incumbunt ipsis rebus, ut reficere inter ante domum, ut tradit Abb. in dicto cap. non minus, col. 5. ad onera verò, quæ imponuntur rebus secundum necessitatem accidentem, non tenetur Ecclesia, quia non possunt res illæ de novo onerari, ex quo pervenerunt ad Ecclesiam, seu ecclesiasticas personas, secundum Abb. ubi supra post Innoc. et vide l. 12. tit. 4. lib. 4. Ordin. regal. et quid si possessiones factæ, et in fraudem tributorum alienarentur in Ecclesiam, vide l. hî qui, et ibi Bald. C. de rescind. vend. l. ordîne, §. in fraudem, et ibi Bald. ff. ad municipal. et vide quod habetur in l. 17. tit. 4. lib. 4. Ordin. regal. Sed an eo casu, quo tributum est appropriatum ipsi rei, iudex secularis poterit distingere clericum, vel Ecclesiam pro solutione tributi? Guilliel. de Cug. ut refert Bald. in l. de his, C. de Episcop. et cleric. dicit, quòd pro talibus censibus, et tributis ipsi clerici possunt conveniri, et trahi coram iudice seculari, quia videntur conveniri res eorum tanquam adstrictæ, non personæ ipsorum clericorum, allegat l. viros, C. de palat. sacrar. largition. lib. 12. quod. Bart. in l. Imperatores, ff. de publican. dicit esse multum notandum. Bald. verò in dicta l. de his, dicit, quòd res ipsa pertinet ad forum secularare, et quòd iudex secularis potest mittere ad rem ipsam pro tributo, et inde recipere tributum, quia est de sua jurisdictione, tam universali, quam populari; sed, quòd non poterit iudex aliquid facere in personam clericum, per authentic. statumimus, C. eod. et vide eundem Bald. in authentic. sed periculum, C. sine censu, vel relig. dicentem, quòd licet isto casu cogent rem ipsam, ut ita dixerim; allegat Innocent. in cap. postulasti, de foro competent. ibi: sed si possessiones deberent aliqua munera realia, sive ordinaria, eum per occupationem possessionum, quas habet in jurisdictione sua, distinguit: et subdit Bald. quòd hoc non incidet in excommunicationem, quia facit juris auctoritate.

(5) *Por si mismos*. Hoc idè dicit, quia in pecunia contribunt aliquando, ut infra eod. l. 54. ad ea quæ respiciunt pietatem et communem utilitatem, ut dixi supra in glos. 5.

(6) *Que moran con ellos*. Concordat. l. 2. C. de Episcop. et cleric.

ad ista namque munera sordida et vilia, clerici et eorum familiares non tenentur, ut hic, in dict. l. 2. et in l. placet, C. de sacrosanct. Eccles. 16. quæst. 1. §. novarum, cap. Ecclesiarum servos, 12. quæst. 2. famuli tamen liberi, qui serviunt Ecclesiæ pro mercede, licet ab istis sordidis muneribus excusentur, in casu tamen expresso in l. neminem, C. de sacrosanct. Eccles. in adventu, scilicet Principis non excusantur, ut notat Abb. post Innocent. in dicto cap. non minus, col. 3. de immun. ecclesiar. et nota bene istam legem Partitarem, quæ istud privilegium restringit ad familiares commorantes in domibus clericorum; non ergo hoc privilegio gaudebunt coloni, qui pro mercede, vel tanquam partiarum coloni laborant eorum prædia pro quo vide quod notat Archidiaconus post Laur. in dicto cap. ecclesiarum servos, ubi etiam dicit, non comprehenduntur conductitium servientem; quod videtur debere intelligi de non commorantibus in domo et servitio clericorum, cum enim ratio sit ne clerici avocentur à divinis officiis, ista ratio æquè militat in familiari conductitio, sicut in servo clericum, et istud est privilegium clericorum, nam aliàs regulariter familiares non gaudent privilegiis dominorum, secundum Alber. in dicta l. 2. ad fin.

(7) *Posar*. Concordat cum l. 1. C. de Episcop. et cleric. et limitatur nisi in adventu Principis, ut in l. neminem, de sacrosanct. Eccles. Salicet. in dicta l. 1. et habetur etiam in l. 7. tit. 5. lib. 1. Ordin. regal. ubi excipit adventum Regis, vel Principis primogeniti, seu aliorum Infantium, filiorum Regis: vide etiam in l. 7. tit. 21. lib. 2. ejus Ordin. in Ecclesiis tamen, neque in Monasteriis, etiam in adventu Principis seu Regis non debent dari hospitia, l. penult. tit. 1. lib. 1. Ordinam. regal. l. 1. tit. 11. infra ead. Part. in aliis tamen domibus Ecclesiarum vel Monasteriorum, quas habent in civitate vel villa, sicut habent aliæ privatæ personæ, videtur, quòd teneantur sicut alii ad hospitium præstandum in adventu Regis; quia si ad Ecclesiam perveniant possessiones, quarum ratione debet præstari personale munus seu militare, puta exercitus, vel hospitium quod est patrimoniale, vel aliud simile, illud præstabit, secundum Joan. Andr. in cap. non minus, de immun. eccles. et Lucam de Penn. in l. si divina, C. de exactor. tribut. col. fin. lib. 10. de aliis verò personis, quæ sunt privilegiatæ à munere hospitii recipiendi, vide C. de meta. et epide. lib. 12. ubi Joan. de Plat. in l. fin.

LEY LII. — Quando son los Clerigos tenudos guardar los muros de las Villas, o de los Castillos, do moran, e quando non.

Gverras (1) auiendo en algunas tierras, porque los moradores de los Logares ouiesen de velar los Castillos e los muros, los Clerigos non son tenudos de los yr a guardar, como quier que todos los que alli se ampararen lo deuen fazer, tambien los vasallos (2) de la Iglesia, como los otros. Pero si acaesciesse que Moros, o otros que fuessen enemigos de la Fe (3), cercassen alguna Villa, o Castillo, en tal razon como esta, non se deuen los Clerigos excusar, que non velen, e non guarden los muros, e esto se entiende, seyendo gran menester, e de aquellos Clerigos que fuessen mas convenientes para ello: e deue ser en escogencia del Obispo (4), o de otro Perlado que fuer en aquel logar. Ca derecho es, que todos guarden e defiendan la verdadera Fe, e amparen su tierra, e sus logares de enemigos, que los non maten, nin los prendan, nin les quiten lo suyo. E otrosi los Obispos e los otros Perlados, que touieren tierra del Rey, o heredamiento alguno, porque le deuen fazer seruicio, deuen yr (5) (a) en hueste con el Rey, o con aquel que embiare en su logar, contra los enemigos de la Fe, e si por auentura ellos non pudiesen yr, deuen embiar sus caualleros e sus ayudas, segun la tierra que touieren. Pero si el Rey ouiere guerra con Christianos (6), deue excusar los Perlados, e los otros Clerigos, que non vayan alla por sus personas, si non en aquellas cosas que son vsadas, segund fuero de

España (7). Mas por esso non deuen ser excusados los sus caualleros, nin las otras gentes, que las non aya el Rey para su seruicio, en aquella guisa que mas le compliere.

(a) Ha mucho tiempo que desaparecieron los feudos, y hasta los señoríos han sido justamente extinguidos por decreto de las Cortes de 6 de agosto de 1811, restablecido con la ley de Señoríos de 3 de mayo de 1823, en 2 de febrero de 1837, y aclarado en las leyes de 26 de agosto y 14 de diciembre del mismo año; de modo que ni existen vasallos, ni la obligacion de que aquí se trata, estando ademas prohibidos los dictados de *vasallo* y *vasallaje*, sin que nadie pueda llamarse Señor de vasallos, Artículos 4 y 14 del mencionado decreto.

LEX LII. — Non tenetur clericus ad murorum, vel fortaliorum custodiam, nisi quando sunt à fidei inimicis obsessi instante necessitate, et tunc habiliores ad id munus eligantur per Prælatum. Item Prælatus terram à Rege tenentes, vel quid aliud, propter quam debeant seruitium, tenentur cum eo ire in exercitu contra fidei inimicos per se (impedimento cessante) vel suos milites mittendo, si fuerint impediti: in exercitu verò contra christianos excusantur, nisi in eis, quæ secundum Hispaniæ consuetudinem facere tenentur; gentes tamen suæ propter hoc non excusantur, quominus Regis seruiant in bello. Hoc dicit.

(1) *Guerras*. Ortum habet à cap. 2. de immun. Eccles. et sequitur ista lex intellectum Hostiens. ad illum textum, quem ponit in summa illius tituli, §. à quibus muneribus, col. 2. versic. merè etiam personalia; et tenet etiam Abb. in dicto cap. 2. col. 2. et fuit originaliter Innocent. in cap. non minus, eod. tit.

(2) *Vasallos*. Sequitur intellectum glossæ in dicto cap. 2. et Hostiens. ubi supra, quando sunt displicet Lucæ de Penn. in l. 2. col. fin. C. de quibus muner. nemini licet se excus. lib. 10. quia secundum hoc levi dubio Papa canonem statuisse, contra id quod habetur in l. quod Labeo, ff. de Carbon. edict. unde concludit ipse, quòd etiam clerici ad ista teneantur, et per Episcopum ad hoc veniant compellendi; ita quòd si nimia necessitas immineret, præmittere debeant divina officia, et custodiæ urbis vacare.

(3) *Enemigos de la Fe*. In hoc videtur ista lex restringere dicta Hostiens. ubi supra, quando fiunt invasiones per infideles, ut tunc etiam clerici teneantur ad custodiam murorum, seu civitatis, prout et voluit intelligere Joan. Andr. in dicto cap. 2. attribuens hunc intellectum Innocent. et Hostiens. motus ex casu illius Decretalis; quia civitas, de qua ibi, erat iuxta mare, et multoties invadetur à Sarracenis. Sed certè, ut dicit Abb. ibi post Innocent. et Cardin. ille textus debet intelligi ubicumque timor est communis, subitus et improvisus, seu esset necesse, quòd etiam clericus custodiret; et hoc etiam voluit Hostiens. in dicto §. à quibus muneribus, generaliter loquendo, neque textus in dicto cap. 2. se restringit ad invasiones infidelium. Quid enim interest, an civitas invadatur ab infidelibus, vel à fidelibus malis, et pessimis prædonibus? Cum utrobiquè eadem fere damna timeantur, et qua quilibet tenetur patriam suam defendere, præsertim cum ipsius defensione protegantur orphanæ, et biduæ, miserabiles personæ, pro quibus clerici debent summo opere laborare, cap. 1. 87. dist. cap. 1. et fin. de postul. unde forte suppleendum esset hic, *maximè*; et adde Lucam de Penn. in l. 3. C. de fundis limitroph. lib. 11. col. 2. versic. quartò ex his quæritur, ubi multa videbis in hoc proposito.

(4) *Del Obispo*. Debet ergo hoc fieri per Episcopum, secundum Doct. in dicto cap. 2. et per Hostiens. ubi supra.

(5) *Deuen ir*. Habes hic, quòd Prælatus terram tenentes à Rege, debent ire personaliter cum Rege, vel ejus capitaneo generali ad debellandum inimicos fidei; quando enim vassallus intervenit suæ personæ potest conferre magnum commodum et auxilium domino suo, tenetur ire personaliter, ut tradit Bald. in §. fin. col. fin. in princip. de pace juram. firm. non tamen intelligas, quòd Prælatus, vel alii clerici euntes cum Rege ad bellum contra inimicos fidei, teneantur ipsi illos debellare et impugnare; quia hoc non licet eis etiam pro recuperatione Terræ Sanctæ, quia clericatus reddit eos inhabiles ad pugnam, etiam contra Sarracenos, ut probatur in cap. ex multa, §. fin. de voto, et 23. quæst. 8. cap. reprehensibile, et 7. quæst. 1. cap.

*sciscitaris*, et vide Glos. in summa, 25. quæst. 8. et vide cap. porro, 16. quæst. 5. debent juvare consilio, et exhortatione, et prædicatione et aliis clericalem Ordinem concernentibus, ut in dicto cap. ex multa, §. fin. et per Glos. in summa, 25. quæst. 8. S. Thom. secunda secundæ, quæst. 40. artic. 2. ad 2. et intellige de exhortatione ante conflictum belli, non in ipso actu belli, secundum Innocent. in cap. quod in dubiis, de penis. Possunt etiam dare milites Regi pro suo feudo, ut in §. ecce, ead. causa, et questione, et Glos. in dicta summa, et habetur etiam in ista lege. Sed an possit Papa dare licentiam clerico pugnandi in bello justo, sine metu irregularitatis, est pulchrum dubium; de quo videas per Abb. in cap. clerici, et l. de vita et honest. cleric. ubi refertur Cald. in cap. petitio, de homicid. concludit, quòd sic, eo quòd irregularitas sit de jure positivo, et quia ex sola constitutione Ecclesiæ prohibetur clericus pugnare in bello justo; et quia ipse Papa potest ex justa causa bellum indicere, præsertim contra infideles, cap. omni timore, et cap. præterea, 25. quæst. 8. ibique respondet ad auctoritatem illam veteris Testamenti, de qua habetur in cap. 2. de consecr. dist. 1. non edificabis mihi templum, quia vir sanguinis es, quòd loquatur de effusione sanguinis injusta; nam David proditoriè fecerat interfici Uriam, ut committeret adulterium cum Bethsabee ejus uxore, et adhuc fortè non fuit pœnitens, quando illa verba fuerunt sibi dicta; nos in questione ista loquimur de bello justo. Dixit etiam Hugo relatus à Præp. Alex. in cap. clericum, 50. dist. quòd clericus Hispani, qui quotidie pugnant contra Sarracenos, et portant arma offensibilia, quòd male faciunt, nisi quis velit eos defendere auctoritate Patriarchæ dantis licentiam, et auctoritate apostolica, quæ et si expressè eis non dat licentiam, tamen hoc ipso quod scit istam consuetudinem, et tolerat et non improbat, videtur tolerare: subdit tamen ibidem Præpos. quod Card. ibi dicit, quòd Papa non possit dispensare cum Sacerdotibus, quòd ad hella procedant manu propria pugnaturi; quæ conclusio est S. Thomæ, secunda secundæ, quæst. 40. art. 2. dicentis, quòd Prælatus, et clerici ex auctoritate superioris possunt interesse bellis, non quidem, ut ipsi propria manu pugnent, sed ut justè præstantibus suis exhortationibus subveniant: et licet Præpos. Alex. videatur dicta ista Card. posse morderi, cum sint juris positivi istæ prohibitiones, propter auctoritate tantorum Patrum transit cum illis, dicens, non tam rationes eum urgere, quam auctoritatem, et non allegat Calder. et Abb. ubi supra tenentes contrarium, ut dixi. Adverte tamen, quòd Bald. consil. 459. vol. 5. incipit, ad bellum justum, dicit, quòd licet Papa possit dispensare cum homicida in homicidio perpetrato, tamen secus in perpetrando, quia non potest dare licentiam delinquendi, neque parcere quod nondum est; et licet Papa possit indicere justum bellum, tamen clericis concedere, quòd ipsi propria manu possint hominem occidere, non potest, sed pro justitia exequenda potest gladii potestatem laicis committere. Item potest permittere clericis, quòd in ju. to bello dent consilium, et auxilium tam gentium, quam pecuniarum; quia si potest indicere justum bellum, ergo potest et alia quæ sunt de jure et natura bellorum, et sine quibus bella exerceri non possunt; non tamen potest secundum eum indulgentis crimina sublevare: hæc Bald. ubi supra, et certè hoc satis probabile videtur, cum Christus jussisset Petro: *Converte gladium in vaginam*, Matth. cap. 26. v. 25. et Joan. 18. v. 11. Nota etiam, quòd ubi clericus licitè interest bello, etsi ipse percussit, vel vulneret, si clarum est, quòd ex tali percussione non fuit sequuta mors, vel mutilatio, licet alii in pugna illa per alios sint mortui, non est irregularis, Abb. et Joan. de Ana. in cap. petitio de homicid. per textum ibi, vide per Abb. in dicto cap. quod in dubiis.

(6) *Con Christianos*. Nota hic, quòd bello, quod Princeps gerit cum christianis, excusari debent Prælatus, et alii clerici, ut personaliter bello non intersint, quia speciale est, ut possint interesse in bello contra hostes fidei, ut in dicto cap. ex multa, §. fin. voto, cap. igitur, 25. quæst. 8. et in §. hinc etiam, et cap. quo ausu, ead. causa, et quæst. non tamen ex hoc negatur, quin possint Prælatus interesse bellis suis, quæ licitè ratione jurisdictionis suæ, vel hoc defensionem movent, ut habetur per Glos. et ibi Præpos. Alexand. in cap. fin. 56. dist. et habetur in cap. hortatu, 25. quæst. 8. et per Innoc. in cap. olim, de restitut. espoliat.

(7) *Segund fuero de España*. Hoc dicit, fortè propter id quod habetur in l. 5. tit. 19. et in l. 6. 2. Partita.